



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

Canisius, Heinrich

Coloniae Agrippinae, 1662

Capvt IX. De Iudice usurarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

Nam ut locus sit pœnae incestus, affinitas & stimari non debet ex præscripto juris Canonici, sed juris Civilis, cuius ea pœna est. Quæ certè ad similes casus pertrahenda sunt, quicquid juris Canonico sunt interdicti, tamen ideo juris Civilis pœna male plebanuntur, quod jure Civili extra crimen sunt. Ut ecce, rem magis illustrando, adulterium de jure Canonico non tantum committitur cum uxore aliena, sed & à marito cum quavis solata muliere, *can fin. xxxii. quest. 5. & cap fin. inf. De adulterio*. De jure viro Civili nullum inter maritum & solutam adulterium est, oulaque pœna adulterii, sed tantummodo cum aliena uxori adulteratur, *l. Inter 6. §. lex Iulia D. Ad l. Iuliam de adulterio*. Unde hoc adulterium de jure Canonico perpetratum male coerceretur pœna juris Civilis.

14 Cæterum licet usura nullâ alia pœna vindicetur à jure Civili quam infamia, ubi scilicet legitimum modum excederint, vel usura usurarum petatur, *d.l. Improbum C. Ex quib. causis infamia irrog. nihilominus existimo inter Christianos sapud quos omnes usurae in crimen vocantur,*

utpote jure divino & Canonico damnata) recte extra ordinem usurarios puniri posse, pro extirnatione judicis, ex ratione l. 1, §. expilatores *D. De paenit. cùm usurarius vix distet à raptore, can. Si quis xiv. quest. 4. Hodie vero in subjectis Romano Imperio certa pœna utimur, ex lege posteriorum Impp. Caroli Quinti, & Rudolphi Secundi in Comitiis Augustanis anno M.D. XLVIII. & Francofurti anno M.D. LXXVII. subit de usurariis contractibus. ut videre est ad calcem hujus tractatus, ubi eorum constitutiones refertur.*

Porrò disputationis est, an usurâ mutuo vel venditioni sive alteri contractui in fraudem adjectâ, vicietur & ipse contractus? Hanc rem in controversiam adducit And. Gail. lib. 2. Obser. 4, & 5, sed breviter responderet, torum contractum non viciari, sed tantum usurarum adjectiōnem. Et recte, per cap. *Vile 37. De R. I. in 6. in l. Usuris 20. in l. Pecunia 9. D. de usuris. & argum. l. Sanctius 34. C. De donationib. quibus locis expressum est, utile per inutile non viciari in contractibus.*

C A P V T IX.

De Iudice usurarum.

S U M M A R I A.

1. *De iudice usurarum dissensio inter Dd.*
2. *Questio juris & facti que dicuntur.*
3. *& 5. Usurarum crimen esse mistiori probatur.*

De judece usurarum non convenient Dd. Sunt enim qui estimant causam usurariam tantummodo pertinere ad judicem Ecclesiasticum, quocumque modo de eis judicium instituatur, hoc est, sive questione juris sive facti.

Quæstionem juris voco, quando controversia est, utrum contractus sive pactio, sive creditoris sola intentio, sit usuraria facti, ubi quidem constat eam esse usurariam, sed de repetitione usurarum agitur, vel de earum inhibitione. Atque horum sententiam videtur comprobare textus in cap. *Dissensio am De judic in Clement. ubi causa usurarum inter Ecclesiasticas recensetur, in cap. 1. sup. De jurejur. Mandamus, inquit summus Pontifex, quatenus creditores ad juramento super usuras sibi solvendas profita, relaxanda Ecclesiastica distinctione cogat.*

tis. &c. in cap. *Debitores 6. eod tit. Et cum usura, ait tex- tus, soluta fuerint, creditoris ad eas restituendas, sunt Ecclesiastica severitate (si necesse fuerit) compellendi. Idem ita curitur in cap. 2. in cap. *Tua 13. h. 5. De usuris. Nemo vero dubitat, quin districtio Ecclesiasti- ca, qualis est excommunicatio, suspensio, inter- dictum, cap. *Quareni 20. inf. De verb. significat. ad Ecclesiasticum dum taxat judicem pertineat, can. Corripiantur & ibi Gl. xxiv. quest. 3. cap. 3. sup. De of- ficio judicis ordinarii.***

Alli vero distinguunt inter questionem juris & facti, ut illa ad folius judicis Ecclesiastici cognitionem spectet; facti vero ad utrumque judicem tam secularem quam Ecclesiasticum. Et hujus sententia sunt Paulus de Leazaris, Bart. aliquique communiter, teste Panormit, in cap. *Cum sit generale num. 17. sup. De foro compet. Nam quoque communem assertit Did. Covarr. in 4. Decretal. par- se 2. cap. 8. §. 12. num. 11. Et ratio est, quia in questione juris ideo judex alius adiutor non potest quam Ecclesiasticus, quod agatur de peccato, cuius notio non secularis, sed folius Ecclesiastici judicis est, cap. Novis. 13. sup. p. 1*

De indic. & cap. Per venerabilem 13, §. rationibus sup. Qui filii sunt legit. uti videre est & in juramento, quod alicitum vel illicitum sit, servandum vel non servandum, tantummodo dignoscit iudex Ecclesiasticus, cap. Venerabilem 34, circa fin sup. De elect. & d. cap. Novit. At ubi juramentum licitum esse constat, potest & iudex Ecclesiasticus & sacerdotalis adiutor, & jurantem compellere ad observacionem juramenti; cum haec res in solo facto constat, cap. fin. De fero competet in 6, & cap. Licit. De jurejur. eod. lib. Si illicitum est, neuter iudicium compellere potest, quod illictum iuramentum nullam obligationem inducat, cap. Non est obligatorium De R. I. in 5, can. 1, can. Non est observandum, can. Inter cetera xxxii. quest. 4, cap. 1, vers. 1, & talia iuramenta De jurejur. lib. 6, Auth. Quod eis C. De nupt. & l. Conditiones 9, D. De conditionib. insit.

Sunt tertii, quibus placet crimen usurarum esse nisi fori, hoc est, tam sacerdotalis quam Ecclesiastici; ac proinde laicum judicem posse inter laicos de usuris cognoscere, Ecclesiasticum vero inter Clericos. Ita Salic. Archidiac. Calderinus & Barbatia citatio a Did. Covarr. Variar. resolut. lib. 3, cap. 3, circa principium. Quae sententia verissima est, & probat ibid. Covarr. usque ad d. licer in questione juris versemur. Idque his rationibus demonstratur. Prima, quod nullibi sacri Canonos interdicant sacerdotibus judicibus, ne de hoc crimine inter laicos cognoscant, imo potius permittant, per text in cap. Post miserabilem 12, h. 1. Secunda, quod hoc crimen non magis spirituale sit quam homicidium, quam furtum, aut simile delictum; quae certum est ad judicis sacerdotalis tribunal pertinere, ubi scilicet laicus reus est. Tertia ratio; crimen usurarum ex nullo alio capite potest dici Ecclesiasticum quam quod sit divinâ lege & sacris Canonibus interdictum. At nihil impedit quid esse vetitum divinâ lege & sacris Canonibus, ut tamen ejus cognitione ad sacerdotalem judicem spectet, veluti in furto, adulterio, homicidio.

Non movere, quod usuræ jure Civili permittæ sunt, saltem quoad legitimum modum præscriptum in l. Eos 2, 6, § 1, C. De usurâ, ac proinde judicem sacerdotalem de iis restituendis vel præstandis cognoscere non posse: cum in foro suo tenetur jus Civilis sequi, l. Nemo 13, C. De sententiis & interlocut. omnium jud. & tit. Instit. De officio jud. in princ. Quia respondetur, hac in parte derogatum est juri Civili per jus Canonicum, mandante divinâ lege, & Super 4, & c. Consultuit 10, h. 1. ut & sup. cap. 1, latius

docuimus. Quod sit, ut & iudex sacerdotalis tenetur hoc jus Canonicum pertrahere ad forum suum sacerdotale, exploso jure Civili, quo usuræ perpetram permittuntur, per text. in c. fin sup. De præscriptionib. Cum generaliter, inquit ibi textus, sit omni constitutioni & consuetudini derogandum, que absque mortali peccato non potest observari. Addo & d. cap. Licit. De jurejur. in 6.

Neque ob questionem juris sacerdotalis iudex omittere tenetur hanc de usuris cognitionem, quia & ex jure Civilis lucet, quæ sint usuræ, quibusvis casibus committantur, ut toto tit. D. & C. De usurâ: licet jus Civile, ut antea dictum est, perperam admittat certum modum usurarum. Et hanc sententiam etiam probat Caroli V. constitutio Augustæ in comitiis edita anno 1548. postea repetita Francfurti a Rudolpho II. Imp. anno 1577, sub tit. De usurariis contradicib. quæ & per magistratum civilem jubentur usurarii multctari, de quibus vide infra ad calcem.

Nec obstat, quod de jure Canonico censurâ Ecclesiastica perstringantur usurarii, quia id non arguit, usurarium crimen ad solius Ecclesiastici judicis cognitionem spectare; sed id sit propter denuntiationem Evangelicam, qua hoc in casu, ut & in certis criminibus, fieri potest Ecclesiæ, id est, Ecclesiastico judicii; ut si feria ejus monitioni peccator non paruerit, tandem censuræ Ecclesiastice subiiciatur, ut est apud Marchæum, 18, cap. ibi. Si autem peccaverit in te frater tuus &c. juncto d. can. Novit, & can. Si peccaverit II qu. 1.

Sed neque illud movet, quod ubi de peccato controversia est, non sic judicis sacerdotalis dignoscere, sed Ecclesiastici; quia id verum est in redubia. At utroque jure exploratum est, ubi & quando usura committatur, videlicet, cum quid ultra sortem accipitur vel separatur lucrificausa: sicut supra cap. primo latius deduximus.

Unus restat scrupulus d. cap. Dispensacionem, quo, ut antea dixi, causa usurarum inter Ecclesiasticas recensetur: sed respondeatur, ex eo non planè evinci, quod idcirco tantummodo ad tribunal Ecclesiasticum pertinet; sed Clementem V. ibi hoc unum spectasse, ut si in foro Ecclesiastico causæ beneficiales, decimales, matrimoniales, & usurariae, proponerentur, haec simpliciter & de plano ac sine strepitu & figura judicij dirimenterur. Sed haec latius, si lubet, perlequerre apud Prosperum Farinacum in præceptis criminalib. 1, tit. 1, quest. 8, num. 1; 4, cum seqq. ubi post longam contentionem tandem in hac sententia

tentia conquiescit; quamvis & coram judge Ec- posse senseat, per Dd. à se allegatos, quod & non
clesiastico laicum usurarum nomine conveniri proflus alienum videtur à d.c. Dispensam.

DE CENSIBVS SIVE REDITIBVS ANNVIS.

Ad Lectorem.

Hunc tractatum de Censibus sive redditibus annuis, ideo h̄c subjecimus, quod magnam illi affinitatem habere videantur cum usiris; mō sunt, que eos nihil distare existimant ab usiris, sed tantum esse speciem quamdam sive pretextum usiras liberius exzercendi. Quorum argumenta infra suo loco reconselimus. Crescendum, probabimusque per emptionem & venditionem, & consequenter per contractum bona fide recte constitui censum, scire datum annum. Sed an etiam per alium contractum, sive in ultima voluntate idem effi i possit, in progressu quoque videbitur. Quia vero, quoad emptionem & venditionem, existant duo Decretales Martini V & Calixti III. sumorum Pontificum sub iure de emptione & venditione inter Extravagantes communes, non absire fore judico, si suis verbis hic premittantur, deinde quā potest brevitate explicitentur.

Martinus V. venerabilibus fratribus Trevirensi, & Lubecensi ac Almicensi Episcopis.

Regimini aniversalis Ecclesiae quamquam immersi, disponente Domino, praesidentes, curis angimur assiduis, ut iuxta credita nobis dispensationis officium subditorum quorūlibet paci & quieti (quantum nobis ex alto conceditur) intendamus, & dubia, quæ inter eos oriuntur pro tempore, ne litis adfractum, seu scandalorum partuant fomentum, nostro moderamine declarentur. Sanè petitio dilectorum filiorum universorum, Cleri, nobilium, incolarum & habitatorum civitatis & diocesis Vratislavensis nobis exhibita continebat, Quid à censum anni citra, & supra, & à tanto tempore & per tanrum tempus, cuius contrarii memoria hominum non existit, in iisdem civitate ac diocesi, ac partibus aliis vicinis quādam consuetudo rationabilis obseruata præscripta ac moribus urensum approbata, ad communem horum utilitatem introducta fuisset. Pro quibus Princeps, Baro, miles, civis, live oppidanus partium earumdem, cum hoc expedire videbatur, melius prout tunc non valentes sibi consulere, personæ Ecclesiastice aut laicali, collegio aut universitati, oppido, vel civitati, super bonis suis, dominiis, oppidis, terris, agris, praediis, domibus, hereditatibus, vendere consuevit, & vendidit annuos censos, unius vel plurium marcarum aut grossorum Pragenium numi polomei & pagamenti consueri; ad rationem & pro qualibet marca annui censos, decem, undecim, tredecim, quatuordecim marcae, aut plus vel minus, secundum temporis qualitatem, prout ipsi contrahentes

tunc inter se convenerant, ipsi vendi: or tunca integraliter in pecunia numerata solvi consueverant, bonis in ipso contractu tuoc expressis pro ipsius censū anni exsolutione in perpetuum obligatis. Et semper in ipsis contractibus expressè ipsius venditoribus data fuit facultas atque gratia, quod ipsum annum censum, in toto vel in parte, pro eadem summa denarioram, quam ab ipsis emitoribus receperunt, quando cum que vellent, liberè absque aliquo requisitione, contradicione, vel assensu, possent extingui & redimere, ac se ab ipsius censu solutione ex tunc penitus liberare. Sed ad hoc hujusmodi census venditores inviti ne quaquam per emptores arctari vel adstringi valerent, etiam ipsius possessionibus & bonis obligatis penitus interempsis seu destructis. Fuitque & est talis contractus emptionis & venditionis per Episcopos Vratislaviens. pro tempore existentes & eorum officiales, nec non per diversos dominos temporales locorum & terrarum, in quibus census hujusmodi constituti existunt, tamquam licitus communī utilitati deserviens, saepius confirmatus pariter & approbatus. Quodque etiam super hujusmodi censibus plurima beneficia Ecclesiastica, collegia, canonici, & præbendæ, dignitates, personatus & officia, vicaria, altaria, numero plusquam duo millia ex expresso consensu & voluntate dominorum temporalium, sub quorum territoriis dicta bona obligata consistunt, erecta, dotata & fundata, authenticis eorumdem dominorum temporalium literis, sigillis, sigillatis & roboratis fore noscuntur.